

1572.

inim
Informatio super pretensa diffamatione
R^{mi} et Ill^{mi} Car^{lis} Warmienⁱ, pro V. Capto
Warmienⁱ.

Ill^{me} et R^{me} Domine.

Abitulum Ecc^{ie} Warmienⁱ praemissa protestatione, quod non inten-
dit vlla rone per pntem informationem, personam aut dignitatem
R^{mi} et Ill^{mi} Car^{lis} Warmienⁱ praesulis sui traducere, aut in aliquo
No bictio cri- offendere; sed solum ut parcat Monitorio Ill^{mi} D. v. seq³ purget, omi
mine, qua decet modestia, atq^{ue} reuerentiae consideratione, deducit infrascripta.

Porro quia diffamatio, de qua in pntiarum agitur, dupliciter co-
missa esse pretenditur, ad utraq^{ue} respondetur, pro parte Capⁱ hoc modo.

1
Primo, cum diffamationem commissam esse per vnum vel plures li-
bellos famosos, contra Ill^{mi} Car^{lis} conscriptos seu diuulgatos, asseritur,
id Capⁱm simpliciter negat; neq^{ue} hoc rei quid sit, satis assequi potest;
cum nihil tale vna in mentem sibi venerit.

2
Secundo, cum eam diffamationem commissam esse per propala-
tionem iuratorum articulorum perhibetur, pro dilutione criminis hinc,
notanda sunt infrascripta.

Ill^{mus} Car^{lis} in postulatione et assumptione sui ad Ecc^{iam}
Warmienⁱ, iuravit de more in quosdam articulos per procuratorem
suum; quos etiam postea manus sua subscriptione ratificauit,
prout ipso facto demonstrari potest.

In eisdem articulis inter coetera continetur, quod pro solutione
certi debiti, per Ep^{um} Warmienⁱ Lucam bona memoria contracti,
ac in rem Ecc^{ie} versi, in marcis vero 10300 reliquati, ducentas
marcas quotannis numerare certis officijs Ecc^{ie} Warmienⁱ teneretur,
sicuti & antecessoris illius, vsq^{ue} ad integram exonerationem
eius debiti.

Vigore et confirmatione eorundem subscriptorum articulorum iura-
torum, per primos sex annos continuos, soluit marcas 1200. Atq^{ue}
ita articuli illi fuerunt in viridi obseruantia.

Successive reuersus è concilio Tridentino, cum Ill^{ma} D. v. Heils-
berga esset, in Diocesi Warmien' fungens munere Hancij Aptici, de
anno 1564 capit primum, posteaq^z per tredecim annos Ecclia War-
mien' profuisset, in dubium vocare illos articulos iuratos, petens eos
sibi exhiberi.

Cumq^z Ill^{ma} D. v. pro satisfactione Ill^{ma} D. is illius Soc ipsum
Capto miungeret, mirum vt exhiberentur; Caplm' excusibus diligenter
archiuo et munimentorum Ecclie scrinijs, posteaq^z extare eos alibi,
et in rerum natura existentes, aliquo reconditos esse, certo sciret
et affirmasset, reperiri aut tunc non posse didicisset, et declarasset.
tandem ex authenticis suis libris Capitularibus, manu publica scriptis,
docuit de tenore et subscriptione eorundem

Dns Gaspar Hanonius Canonicus Warmien' procurator Ill^{mi}
Car^{lis} produxit quoq^z mandatum, quo ab Ill^{ma} D. ne illius, simpliciter
et absoluti ad subscribendum concessa ei erat facultas, licet idem D.
Car^{lis} duos articulos, quibus minime subscriberetur, in eo mandato
se excepisse antea assereret.

Cum aut^z ne ea quidem ratione persuaderi posset Ill^{mo} Car^{li},
vt crederet subscriptum à se esse illis articulis: interuentu et auctate
Ill^{ma} D. v. necesse habuit Caplm' de illo Episcopi L^{vca} debito
transigere cum Ill^{mo} Car^{li} Warmien'. Itaq^z transcriptum
est vtrinq^z in hunc modum.

Vt Ill^{mus} Car^{lis} pro se & successoribus suis Epis Warmien' resi-
duum debiti L^{vca} in marcis 10300 agnosceret, et acceptaret.

Vt ducentas marcas quotannis numeraret, non in Capli aut
officio Ecclie Cathedralis vsus, sed in institutionem Collegij Je-
suitar^{um} in Diocesi Warmien' vertendas. Idq^z vt fieret communi,
Soc est. Epi et Capli nomine.

Casu, quo eius Collegij institutio differretur aut interiret, vt
ea ducenta marca annua nihilominus Capto quotannis persolueren-
tur, non tamen in alios vsus, q^z in institutionem dicti Collegij ver-
tenda.

Et prima solutio inchoaretur in festo Circumcisionis ^{in mēse} Dni anno
1565 et deinceps singulis annis eodem festo continuaretur.

Pro firmiore observatione præmissor. Ill^{mus} Car^{olis} obligavit se,
suar^{um} et suorum successor^{um}, peculium, et bona, in forma ampliore, &c.

Insuper tam Ill^{mus} Car^{olis} quam Cap^{itulum} præmissum contractum
iuramento demum vallarunt.

Et quod ista transactio præiudicare non deberet cæteris iura-
tis articulis, qui in suo robore permanere deberent.

Vnde liquere potest, recognitos fuisse etiam tum per Ill^{mm} Car^{olem}
et acceptatos eos iuratos articulos, quos ipse antea subscripserat.
Quod etiam probatur ex præmio instrumenti translationis, ubi refer-
tur, quod Ill^{mus} Car^{olis} ex iuratis articulis obligauerit se numeratu-
rum marcas 200 quotannis &c. Et alias prout in eodem instru-
mento latius continetur.

Quibus sic constitutis, non multo post, collegium Jesuitarum
et Seminarium Diocesanum, quibus postea eor^{um} partium consensu in-
differenter ea marca 200 applicata sunt, erecta fuerunt Brauns-
bergæ in diocesi Warmien^{si}, ita ut quicquid sumptuum ultra eas du-
centas marcas in sustentationem alumnorum illorum requireretur,
Ill^{mus} Car^{olis} et Ep^{iscopus} Warmien^{sis} pro tempore existentes, duas, Capitulu^m
verò unam, partes contribuere tenerentur.

Quant^{um} Cap^{itulum}, quod aliqui minime abundat, ex debito non
astingeretur, suscipere in se tam graua impendia, præsertim cum
Pultouia, Vlnæ, Posnamia, Wrahslawia, Olomutij, et in alijs locis oibus,
solor^{um} Ep^{iscoporum} sumptu, Collegia Jesuitarum et Seminaria abantur, mit^{te}
Cap^{itula} ad ea contribuant: suasu tamen Ill^{mae} D. v. et intuitu prima-
riae solutionis ducentar^{um} illar^{um} marcar^{um}, non grauatè Cap^{itulum} Warmien^{sis}
est obsecutum, istudq^{ue} onus imponi sibi tulit:

Credebatur tunc firma concordia de iuratis articulis et ducen-
tis illis marcis esse constituta, sed vtra pars eam seruauerit, vtra minus,
ex sequentibus patebit.

Nam licet quodam tempore alumni collegij et Seminarij egestate premerentur, Ill^{ma} D^o illius non modo nihil solvere voluit, per integrum sexennium, verum etiam novam eius rei discussionem quaesivit & attentavit, scribens ab Urbe ad suum Vicarium R. D. Martinum Cromerum in hac verba.

Seminarium ego statim ut institui coeptum est, alere coepi: cum ipsi biennio post, ad opus hoc aggressi fuerint. Sed ego facile patiar, ut sic à viris doctis ea causa discutatur, dum prius ad me casum in terminis conscriptum mittant.

Instante igr' R. D. Vicario, ut Ill^{ma} D^o illius mos gereretur, conscripta est informatio, cum annexa simul protestatione expressa, quandoquidem satis esset indultum litibus, nolle Caplm et Canonicos intrromittere se ulterius in aliquam litem cum D^o illius Ill^{ma}. Malle se quidvis ferre, quam lites Sectarij diutius, quos pertaesum iam earum esset.

Ad ultimum igitur in eadem informatione Caplm Ill^{ma} D^o illius tanq' patrem pienssimum et praesulem sapientissimum, Iudicem conscituit, permittens libera conscientia ipsius, ut quicq'd rectum iudicaret, id fieret, salvis viribus Ecclesiae.

Atq' ut aequiore Iudicem se praeretur, Caplm transmisit ei simul exemplum novissima transactionis de 200 marcis celebrata, manu ipsius R. D. Vicarij subscriptum.

Quandoquidem vero Ill^{mus} Car^{lis} praetendebat, se biennio ante, quam Caplm, coepisse alere seminarium; responsum est ad hoc ex parte Capli, Quod illi vagabundi adolescentes aliquot, dissolutis moribus praediti, qui nullas non tabernas, chorcas et nuptias percursitabant, sparsim per oppidum habitantes, nullaq' nec vestitus, nec conuictus, nec cohabitatio, nec disciplina lege astricti, quos Ill^{mus} Car^{lis} in hoc solum alebat, ut in Choro parochialis Ecclesiae Brunsbergeni divina officia decantarent; Seminarium representare non poterant: cum etiam Caplm suos studiosos priuatim aleret et Brunsbergae, et alibi, non tamen de Cornum Stipe in usum Seminarij deputata, compensare sibi quicq'

peteret: cum præterea suos Cantores, seu Chorales, et alios ministros
in Ecclesia Cathedrali, sumptu suo fouere cogeret, absq[ue] omni Ep[iscop]i et
cuiusq[ue] subsidio.

Comunis itaq[ue] pecunia futuro Seminario assignata, citra con-
sensum Cap[itu]li in alium usum expendi non potuit, nec debuit, quousq[ue]
Seminarium diocesanicum institueretur, quemadmodum non multo
post fuit institutum. Veruntamen ne etiam sic cum Ill[ust]ro Car[olo] Liti-
gare Cap[itu]l[um] necesse haberet, sed ut pacem redimeret, pro nonnullis
impensis in viatica Jesuitar[um] et in pagabundos supradictos per Ill[ust]m[um]
D. illius factis, numeravit ei 300 rullen, ea lege, ut quod eoi semi-
nario deberetur, absq[ue] eoi consensu alio ne conuertiretur. Quod qui-
dem facturum se in posterum Ill[ust]r[us] D. recepit.

Postea accidit, ut Coadiutoria Ep[iscop]atus Warmien[sis] in personam
R. D. Martini Cromerj insinuaretur Cap[itu]lo, partim per lras Ill[ust]ri
Car[oli] partim per relationem ipsius D. Cromerj, nec dum tamen vllis
lris Ap[osto]licis exhibitis.

Quæ res cum euenisset Cap[itu]lo præter o[mn]em expectationem, et in
præiudicium Iurium Ecc[lesi]æ et Cap[itu]li tendere videretur, dedit Cap[itu]l[um]
ad Ill[ust]m[um] Car[olum] literas, quibus D. illius Ill[ust]ra denuo de subscriptis
articulis iuratis comonefaciebat. Inter quas vnus est, tenoris subse-
quentis.

In quod Ecc[lesi]am, siue Ep[iscop]atum Warmien[sem] in alicuius persona
favorem non resignabit, neq[ue] aliquem Coadiutorem sibi successurum, sine
consensu maioris et sanioris partis Cap[itu]li, et nisi vocatis omnibus de
iure vocandis, assumet. Et si quando super Sm[ith] Coadiutoris assu-
mptione & receptione tractandum fuerit, rem integram sine persona
nominatione ad Cap[itu]l[um] referet: è cuius arbitrio persona assumenda
designatio pendere debet.

Capitulum igit[ur] obsecrabat Ill[ust]ra D. illius, ne pateretur surro-
gari sibi in Ep[iscop]atum et non indigenam terrar[um] Prussiae, et electione
Canonica non assumptum. Id em[en] fore contra Privilegium patriæ, quod
alienigenam non admittit, contra pacta, quæ Ecc[lesi]æ cum Ser[en]is Regibus

Solonia intercederent, de non assumendo nisi vero terrarum prussia
indigena: contra concordata nationis Germanica, quibus Ecclesia
Warmien' subijeretur: contra Iuratos articulos, quibus Ill^{ma} D. il.
lius subscripsisset.

Quia vero prima tria Capita extra oem controuersiam posita
erant, Caplm' solum pro assertione quarti capitis, videlicet iuratorum
articulorum, his argumentis utobatur.

Quod idem Articuli (sicut modo insuperabili Ecclia malo
regeri non possent) in rerum natura essent, atq; extarent alicubi.
Quibus si Ill^{ma} D. illius oblita esset se subscripsisse, Caplm' ^{sumen} ~~ita~~ optime
ita recordari. Vidisse eos tum omnes fratres, legisse, contrae tasse manibus
suis: nec deesse in medio ipsoꝝ tres superstites, qui subscribenti Ill^{ma} D.
illius astiterint, ipsamq; viderint subscribentem, dum adhuc in residen-
tia Epatus Culmen' Lubania esset. Reuera Ill^{ma} D. illius subscripsisse
etsi oblita id esset. Crederet fratribus et filiis suis, hominibus sacer-
dotibus, publicisq; libris Caplaribus. Quod si res consisteret solummodo
in literali demonstratione, utiq; ob non demonstrationem huius, factum
infectum fieri non incipere, neq; ideo subscriptos articulos, subscriptos
esse desinere. Quod si res ita postularet, paratos esse Canonicos iu-
rare in animas suas, quod Ill^{ma} D. illius subscripsorit.

Scriptum etiam erat, recordari fratres, qui tunc pntes erant
in Capitulo: quod Ill^{ma} D. illius in medio ipsoꝝ, falsa esset se sub-
scripsisse, duobus articulis exceptis, quibus subscribere noluerit.

In eam tum sententiam scriptum esse, Caplm' meminit, tametsi
fieri possit, ut alijs verbis, aliquo ordine id factum sit.

Ad eas lras Capituli Ill^{mus} Car. ^{lis} respondit Capto, inter cetera
scribens in hac verba:

Quod ad iuratos articulos attinet, quemadmodum in alia causa
de 200 marcis nos scribere meminimus, non modo non subscripti per
nos, sed nec oblati nobis ad subscribendum fuerunt unq;: Etsi quis
iurare fuerit ausus, q; subscripserimus, etiam atq; etiam videat, ne pe-
ierasse credat. Hoc aut; uersum est mendacium, quod nos aliquando
subscripsisse nos fassi fuerimus, quandoquidem constanter id semper ne-
gauimus, & nunc etiam negamus. Haberetur proculdubio subscriptio
nra, si facta a nobis fuisset.

Porro ad supradictam informationem Capituli, quam tanto pere efflagitabat Ill^{mo} Car^{is}, nullum verbum respondit Capitulo.

Interea de mense Februarii 1571, mittit Regia M^{tes} Gnosum D. Joannem Demetrium Soliconium, nuncium suum ad Captm, postulas R. D. Comerum recipi in Coadiutorem. Ibi tum et pariter, de quibus supra, et iurati articuli e contra pro parte Cap^{ti} allegati erant, toto negotio ad informationem Regiæ M^{tes} per Captm reiecto.

Paulo post de mense Aprilij eiusdem anni 1571. Dnus Eustathius à Knobelsdorff bona memoria Decanus Wratislaviensis et Custos Warmien^{is}, Wratislavia paralysi tactus, et graviter tum decumbens, cum vellet condere testamentum, et de rebus suis disponere, misit claves Warmiam ad Vn^{am} D. Joannem Leomannum Canonicum Warmien^{is} procuratorem suum, ut nonnulla sibi necessaria et opportuna conquirat inter scripturas, munimenta et scinia sua, Ibi tum D. Leomannus acceptis clavibus, dum desiderata quaerit, evolvens oia et diligenter excuties, fortè fortuna præter oem spem, quod non quaerere inuenit, nimirum iuratos articulos, in quodam despecto nimirum cogitato loco repositos.

Relata re ad fratres, ortum est inter eos gaudium cum summo dolore coniunctum, lacrymisq; commixtum.

Non multo post ostensi sunt iidem articuli originales R. D. Coadiutorij, in hoc ut Ill^{mo} Car^{is} de eis certiores faceret.

Interea supra modum urgebatur Capitulum partim monitorijs Ap^{to}licis gravissimis, et censuris Ecclesiasticis, partim severissimis mandatis Regijs. Proinde necesse habebat Captm allegare duos ex medio suo, ad Regiam M^{tes}, et R^{mo} D. Nuncium Ap^{to}licum, qui plenam informationem facerent de Juribus Ecc^{ie} et Cap^{ti}, morasq; non recepti Coadiutoris purgarent.

Ibi tum Nuncij Captares coram R^{mo} D. Nuncio Ap^{to}, præmissa præfatione honoris & reuerentiæ erga Car^{is}, addita simul protestatione de non intendendo vlla rone diffamare præsulem suam, sed tantum veritatem rei, et necessitatem Cap^{ti} exponendo; pro purgatione morarum et excusatione iuxta recusationis, iuratos articulos exhibuerunt originales, Quod idem coram Dnis Cancellarijs, quibus Regia M^{tes} oim iurium Ecc^{ie} Warmien^{is} visionem, causarumq; dilationum et recusationum relatione comisorat, facere necesse habuerunt.

Dum hæc ita fiunt, Ill^{mus} Car^{his} respondet ad informationem Ca-
pti, non ipsi Capto, sed R. D. Coadiutorij, qui vel mandato Ill^{ma} D.
illius, vel iudicio suo privato, Captm eam rem studiosè calavit, ita
ut Captm rescire nihil posset, ecquid Ill^{mus} Car^{his} de informatione Ca-
ptarij statuisset.

Comperitum est etiam per Nuncios Captares, dum ad Sinc Marsa-
ria in aula Regia essent, Ill^m Car^{lem} sparsisse eundem libellum suum
in homines aulicos, seculares, non respondendo ~~et~~ ipsi Capto et Car^{is},
sed diffamando et traducendo eos ubiq, quasi calumniosi agerent secu-
ringendo simul eis purum putum mendacium, impudentiam et fal-
sum, (sui n. verba libelli habent) quod audent affirmare subscri-
ptos eos articulos esse ab Ill^{ma} D. sua, necnon reuelando nonnulla
secreta, quæ inter Epum et Captm priuatim ventilata, ut scire alior,
nihil referebat, ita reticere potius conueniebat.

In eodem libello legebantur etiam hæc verba: Reuera aiunt,
Car^{his} subscripsit. At reuera non subscripsit. Immo tam falsum est,
eum subscripsisse, quam verum est, eum nunc esse Romæ.

Talem libellum vnum inuenerunt Nuncij Captares penes Gno-
sum D. Solicoium, Quo fit, ut Canonici hac ratione traducti, modo
non pro Sycophantis om̄i desperatissimi haberentur ab omnibus. Quod
cum à Nuncijs Capto significatum esset, protinus ab eo mandatū
est, ad abolendam istam infamiam, probandamq, innocentiam suam,
ostendi eos articulos: Quod etiam coram D. Solicoio ita factū est:
non eo quidem animo, ut periurij, aut alterius cuiusuis criminis
nota Ill^m Car^{lem} aspergerent, (absit) sed ut pro defensione famæ &
Honoris sui, crimen illatum necessario refellerent atq, diluerent.

Parcissimè aut et cauti, ea articuloꝝ ostensio facta est, et non
nisi cum præfatione honoris ipsius Car^{his} ut supra dictum.

Petebatur tum exemplum eius libelli Cardinalitij à Gnaso D.
Solicoio, ut Nuncijs id liceret domum referre ad fratres, sed est
negatum. Hoc tamen solū impetratum, ut ad R. D. Coadiutorē
libellus iste transmitteretur, quo inde exemplum illius peti posset.
Nondum em̄ comperitum erat Nuncijs aut Capto, R. D. Coadiutorē
similem libellum pridem à Car^{le} acceptum, penes se detinere, et Captm
calare.

Quocirca reuersis ad Eutiam Warmien Nuncijs, petiitum est ex-
emplum illius libelli. Qui cum diutius dissimulari non posset, tandem
D. D. Coadiutor exemplum eius ad Captm transmisit seu ipse attulit:
mutilum tamen, passimq; truncatum, Nam et informationis Captaris
exordium tantum in eo erat praefixum, et nonnulla bledoria, ab Illmo
Car. prolata, pomitus omisa: prout ex collatis exemplis D. Solisouij
et D. Coadiutoris, si utrunq; ad manum esset, facile probari posset.

Porro statim post acceptum nuncium ab Illmo Car. (ut supra
dictum) de Coadiutore deputato, missum est etiam exemplum praedicti
articuli ad Consiliarios terrarum Prussia, ut cu privilegium patriae de
non recipiendo extraneo, cum pactis et privilegijs Ecclesiae coniunctum
esset, ipsi quoq; Consiliarij apud Illmum Car. elaborarent, ut Illma
D. illius ab eo proposito dimoueretur, Dederunt itaq; Consiliarij ad
Illmum Car. has, quibus cum articulum vna miseruerunt, conantes
aim illius alio traducere.

Qui articulus cum esset notorius, et Consiliarijs non incognitus,
utpote qui non solum ab Illmo Car. sed etiam ab alijs retro Episcopis,
utpote Tidemanns, Joanne, Mauritio, Fabiano et c. iuratus esset, non
putat Captm, coicatione illius contumeliam aliquam esse allatam Illmo
Car. cum pro defensione, quae Iuris est naturalis, id factum esse
constet.

Hac res ita gesta est Illmo Dno, de qua aliter (uti Captm con-
fidit) doceri non poterit.

Iam Illma D. vna iudicandum relinquitur, utri alteros diffama-
rint, Canonici ne Illmum Car., an ille Canonicos, aut seipsum.

3 Quod ad praetensam iactationem attinet, qua Captm peculio
et hereditati Illmi Car. detrabere velle asseritur, res ita se habet Illmo
Domine.

Captm nunq; tale quid pra se tulit palam coram quocq; hominum.
Sed quia meminerat Illmum Car. per sexennium ex articulis iura-
tis vigore nouae transactionis, autoritate Illmae D. v. (ut supra dictu)
imita, non soluisse Collegio Jesuitarum, et Seminario diocesano quicquam,
obligasse aut sua et mensa Episcopalis bona, suumq; et successorum suorum.

peculium, atq; etiam iurasse eo nomine: quid restabat aliud Ill^{mo}
Dne. q̄ ut de detractioe huiusmodi, cum opportunitas sese offerret,
cogitatio susciperetur? Quorsum attinet diu litigasse, de iure suo
multum decessisse, transegisse, nisi pacis effectus tandem sequatur?

Præterea cum Ill^{mus} Car^{lis} ad possessionem Epatus Warmien'
adiisset, reperit copiosa bona mobilia preciosa, in clenodijs, vasis argen-
teis, vestimentis, suppellectile, alijsq; utensilibus, Ad hæc, in muni-
tionibus, equis, pecoribus, frumentis, à suis antecessoribus auctis et
retictis: Quæ omnia partim sub Inventario Ill^{mo} D. illius sunt
consignata, partim ex codicillis mensæ Epatis & aliunde' liquido
demonstrari possunt.

In eis bonis et rebus inuenit Captm deesse non pauca, quæ
quando aucta non sunt, uti aucta ea esse exemplo maiorum, qui
semper aliquid adiecerunt, par erat, utiq; aliunde' supplenda ve-
niant.

Postremo bonorum immobilium non parum est alienatum,
quorum nonnulla non vsq; adeo grandi precio vendita, alia in feu-
dum collata, quadam donata, non sine immam detrimento Eccl^{iæ}
et mensæ Epatis.

Quod si pecunia saltem inde conflata, in alia bona, aut cen-
sus, aut meliorationem mensæ Epatis conuersa esset, ne vnum ver-
bum commutari eo nomine opus esset.

Ea oia cum Captm penitus consideraret, remq; pessimi ex-
empli fore apud successores Ep^{os} animaduerteret, cum Ill^{mo} Car^{le}
litigare, eiusq; in grauescentem ætatem perturbare amplius necesse
ne haberet, actum est in receptione Coadiutoris, cū R. D. Cro-
mero fraternè & confidenter, ut cum ipse futurus esset successor
in Epatu, curaret vndeuis illa, quæ desiderarentur, recuperanda.

Quapropter inter propositos articulos, in quos de more iurare
debet ipse R. D. Coadiutor, oblati sunt vnus de sarcendis et
vendicandis debitis, atq; illicitè alienatis per Ill^{mm} Car^{lem} Warmien'
nominatim: Cui articulo cum Dns Coadiutor subscribere nollit, Ca-
pitulum quoq; in eius recusatione acquiescere necesse habuit.

Inde coniecturam facit Caplm, emanasse praetensam eam ir-
rationem ad Ill^m Car^l. Cuius tamen pij et sancti conatus Captar-
ris, qui ex officio et iureiurando susceptus erat, euulgatio minime nece-
saria, commodè praetermitti potuit, ad hoc, ut saltem irritatio Ill^m
Car^l evitaretur, cum eius articuli nullus subsequens sit effectus.

Hanc operam V. Caplm ideo suscepit apud Rom^m D. Coadiutore,
ut Ill^m Car^l praesulem suum apud sedem Aplicam traducere nece-
sse ne haberet, et nihilominus ea via indemnitate Eccl^{ie} prospiceret.
Atq; utinam etiam nunc eius rei divulganda apud Ill^m D. v.
necessitas illi imposita minime esset, Nihil enim optabilius ei acci-
dere potuisset, quam dissimulando pro nunc actus Ill^m D. illi-
us peperisse.

Hisce rebus sic stantibus, omni qua potest prece obsecrat
Caplm, dignetur Ill^m D. v. pro sua incredibile sapientia, qua
Altissimus effuse eam decoravit, et pro sanctissima iusticiae aequita-
tisq; opinione, qua apud omnes nationes praecclare audit, tandem
omnibus letibus, quae subinde (cuius culpa id fiat, iudicet Deus
et Ill^m D. v.) iterum atq; iterum suppullulant, recrudescant,
atq; sopita exuscitantur, modum atq; finem clementer imponere.
Ne patiantur malignis nonnullorum improborum suggestionibus,
quibus Ill^m Car^l noster interdum commouetur, Capitulum ita
exasitare, ut alia ex alijs occasiones quaesita esse videantur,
qua ratione vel detrahatur aliquid iuribus Eccl^{ie}, vel nunc hoc,
nunc illud à Capto extorqueatur, dum nunq; non de iure suo
Caplm decedere cogitur, si pacem partem sibi esse velit. Ill^m D.
v. pro ea gratia et autoritate, qua pollet cum apud omnes, tum
apud ipsum Ill^m Car^l Warmien: ne gravetur Ill^m D. illius
fidissimus autor esse, ut gravem aetatem suam ad tranquillitate
componere, suosq; filios obedientissimos Canonicos paterna gratia
compleri, et non omnia ad iniuriam rapere velit. Exit hoc Ill^m
D. v. effectum facillimum. Quod si fiet, uti speramus, coalescet pax

et concordia inter caput et membra, ipsaq; Illmo D. v. immortale
gloriam, atq; vberem apud Dnm Deum remunerationem consequetur.

Ceterum ut Illmo D. v. constet, quoties et quanti Caplm redemerit
pacem, seq; conciliari Illmo Car. Warmion, necesse habuerit, necdum
tamen ullus firmis aut modus litib. reperitur, silentii praeteritis non po-
sunt infra scripta.

Anno 1553 mutuatis per Caplm Illmo D. illius maris 1500.
placatus fuit, quas tu' successiue aliquot annis restituit.

Anno 1564 Heibergae coram Illmo D. v. post multiplicas
querelas ab Illmo D. illius motas, Caplm componere necesse habuit, atq;
ei marcas 1200, quas ex iuratis articulis per sexenniu' numerauerat,
restituere.

Eodem tpe cogebatur Caplm debiti per quondam Lucam Epnm
pro necessitate Ecclesiae contracti, et per successores Epos necdum persolui,
mrcas 10300 remittere dio et wndonaxe. Erat em pecunia Capto
et certis officijs Ecclesiae debita, et per Epos quatuordecim annis ducenis maris
ex iuratis articulis euacuanda.

Anno 1567 cum Illmo Car. his citra consensum Capli in alimenta
nonnullor; vagabundor; se Sollarium, et quaedam alia (vt sup; dictum
in informatione) de suo nihil impendisset, Caplm vt de coi; stipe
Seminarij aliquid ne detraberetur, sed quod ei usui deputatu' esset,
integrum permaneret, pro satisfactione Illmo D. illius numerauit
300 Vallen:

Anno 1569. Cum Illmo Car. proficiscendum esset Romam, con-
uocatis ad Ecclesiam Fratribus, eisdemq; salutatis, reconciliati sibi sunt
inuicem Praesul & Caplm, deprecantes mutuò culpas, vt nihil contro-
uersiat; aut similitatum penitus reliqui factu' fuerit inter eos.

Anno 1570. Appellatus de 200 mrcis, quas ex noua transactioe
per sexennium debebat Seminario et Jesuitis (vt sup; dictum) allegado
se suum Seminarium aluisse, biennio ante, quam Caplm id fecisset, re-
cusauit solutionem. Cum tamen inter Illmo D. illius, et Caplm ita
conuenerit, vt seruata interim stipe pro Seminario deputata, cu' primò
id comodi fieri posset, Seminarium ex decreto Concilij Tridentini
dudum erectum, paratis primò vrbibus, libraria, suppellectile domestica,
et alijs necessarijs, vna cohabitatio, vno conuictu, vno vestitu, sub vna

disciplina, certa quadam lege, arbitrata desinitur, prosequenda, com-
muni consilio ali inciperetur.

Hanc quid sibi velit *Ill^{ms} Car^{ls}* ista iniuriarum actione,
Ill^{ma} D. v. pro excelsa prudentia sua indicare non dedignabitur.